



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 16. Petrus Coretus vita functus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII. tiam dignitatum gradus evehendus, cum
 A. C. 1602. aurium vitio laborans, ac furdafter
fectus publico hoc munere sese abdicat
 coactus fuisset. Demum Collegio Ca
 nonicorum Toleti adlectus *Scholarum*
 ut vocant, necnon Academici Præfati
 munere fungebatur, donec die vige
 ma prima Decembris annum agens se
 ptuagesimum octavum meritis plenu
 naturæ debitum solveret. Edidit librum
*de Jure Regni Lusitanici ad Philippum Ro
 gem Catholicum.*

§. XVI.

Petrus Coretus vita functus.

*Andree
 Bibl. Belgii.
 Miræus. l. c.
 Possevin.
 appar. Sa
 cer. lit. P.*

Doluit eodem hoc anno Belgium
 cturam Petri Coreti Theologiæ Li
 centiati, qui natione Hannonius, pe
 tria Athenis confecto studiorum cur
 culo, apud Nervios Canonicus & postea
 Tornacensis Parochus creabatur, ubi
 sermone & opere potens frequentissime
 ad populum verba faciebat, suaque
 cendi vi, ac persuadendi habilitate plu
 rimos ad meliorem frugem revocabat.
 Eo tempore doctissimo huic Viro inde
 fessum Religionis studium exerendi oc
 casionem præbuerat, Franciscus Phi
 lippus de la Nue seu Novæus Pseudo
 Politicus, qui perniciosissimas Assertio
 nes hæresi asperias vulgabat, & una
 cum

cum Bodino aliisque ejusdem furfuris Libertinis sub fallaci tranquillitatis obtentu suave Religionis jugum excutere, atque impunitatem atheismi & hæresum in Rempublicam invehere, civile potestati Ecclesiasticum Ordinem subjugare nitebatur; cum ergo pestifer hic Scriptor, universam Galliam, quam ad Cortracum Flandriæ oppidum captus ac Limburgi inclusus armis manuque oppugnare haud poterat, venenato calamo ac dogmate suo perturbaret, Petrus Coretus adversus ejusdem theoremata militaria & Politica calamo decertare constituit, huncque in finem congestis validissimis argumentis egregium opus conscripsit, cui titulus: *Defensio veritatis adversus Assertiones Catholicæ fidei repugnantes libro Philippi de la Nue de Politicis & militaribus rebus aspersas*. Liber hic primum anno Incarnationis millesimo quingentesimo nonagesimo primo Antverpiæ Plantinianis literis, & postea Lugduni in Gallia typis Buyssonii ac demum Venetiis & Colonix excusus prodiit: Edidit quoque Coretus de eodem argumento suum *Antipoliticum contra Bodinum*. Hos autem libros Possevinus tanti habuit, ut illos suo operi de *Theorematis ejusdem de la Nue aliorumque* adjungere voluerit. Hujus Viri memoria ejus amico Henrico Oultreman-

Sæc. XVII.
A. C. 1602.

Sæc. XVII. no Urbis Valentianæ apud Hannones
 A. C. 1602. Præfeto tam pretiosa erat, ut eide
 tumulum cum hoc anagramate: *Portu
 erectus* posuerit.

§. XVII.

Joannis Jacobi Boissardi obitus.

*Hanckius de
 Rom. Script.
 t. I. c. 76.
 Observat.
 Hall. tom. 4.
 observ.*

His merito accensendus est Joannes
 Jacobus Boissardus de Republica
 Literaria bene meritus. Hic Bisanti
 anno Christi millesimo quingentesimo
 vigesimo octavo natus liberaliori natu
 ræ beneficio jam ab ineunte ætate ad
 peruestigandas antiquitates oppido pro
 pensum præsefererebat animum: unde
 Italiam profectus integros sex annos de
 scribendis veterum monumentis, epigra
 phiis, elogiis, aliisque scripturis in
 sumperat, hocque studio absorptus
 cum Romæ ad Carpii Cardinalis hono
 rum diverteret, in abscondito quodam
 loco diu noctuque delitescens cunctas ibi
 dem copiose collectas veteres inscriptio
 nes tam improbo labore transcripserat,
 ut Cardinalis illum mane hoc studio ad
 huc intentum reperiens cognita ac com
 mendata clandestini hujus accessus cau
 sa plenam cuncta commode delineandi
 copiam Boissardo faceret. Roma pro
 fectus in Calabriam, inde vero naviga
 tione facta Corcyram, Cephalemiam &
 Moream